



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

2. Religiosi venenum præbentes etiam non secutâ morte incidunt in
casum reseruatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

gnificet Veneni prociuationem,
seu propinationem, hic tamen su-
mi potest, ac debet etiam pro eo
Maleficio, quo quis ope Dæmonis
alteri nocumētum adfert, seu pri-
uando vitā, seu moi bū inferendo,
aut quocunq; tandem modo offi-
ciat. Et cum hæc Maleficiorum
noxa omnibus Christianis extre-
mè veniat abominanda, vt pluri-
mum tamen sanctitatem & perfe-
ctionem Religiosi status dedecet.
*Vide Delrium. tem. 2. Disquisitionum
Magicarum lib. 3. q. 1. fusē disputantem
quibus & quot modis maleficium parari
contingat. Et Cyprianum Lectione Pa-
rænet. 13.*

II. Ea propter incident casum
reseruatum. 1. Religiosi, qui ve-
nenum procurant & propinrant,
etsi Veneficum careat omni labo
Magiæ, neque mors, aut mor-
bus, v. g. ob veneni imbecillita-
tem non sequatur, sed omnino
suffic-

sufficit venenum poculo aut fer-
culo commixtum , ac adplicatum
fuisse 2. Qui usurpant opera magi-
ca . (vulgò. Maleficia nuncupari
solita .) [A] ad nocendum ope-
Dæmonis , quo cura tacitum , vel
expressum iniere paetum parata ,
aut reperta . 3. Utentes operâ Ve-
nefici . 4. Astrologi ex motu a-
strorum libertatem [B] arbitrii
metientes : aut ea pro certo e-
uentura esse prænuntiant , quæ
non causam necessariam , sed li-
beram habent . 5. Chiromantici
ex lineamentis manus , vel
spatulâ infectis futura prædi-
cunt de bona aut mala fortuna
animo nimirum firmiter creden-
di dictis non ob curiositatem ; aut
irrisum . Ex Constit. Sixti V. quæ
incipit : Cæli & terræ creator Dens .
Scorpi. Theorem . 65. & sequenti-
bus .

III. Maleficiū esse Magiæ species
quo